
Fragmentarium



non comminuetis ex eo. Et iterum alia scri
ptura dicit · Videbunt in quem transfixerūt.
Post hec autem rogauit pilatum ioseph
abarimathia : eoquod esset discipulus iesu:
occultus autem propter metum iudeorum : ut
tolleret corpus iesu . Et permisit pilatus . Venit
ergo: et tulit corpus iesu . Venit autem et ni
chodemus qui uenerat ad iesum nocte primum
ferens mistturam mirre et aloes: quasi libras
centum. Acceperunt ergo corpus iesu: et liga
uerunt eum linteis cum aromatibus: sicut mos
iudeis est sepelire . Erat autem in loco ubi cru
cifixus est hortus: et in orto monumentum
nouum in quo nondum quisquam positus
erat. Illic ergo propter parasceuen iudeo-
rum quia iuxta erat monumentum posuerunt
LAVS . XPO . VIVO . IESV .

PETRVS . VRSVLEVS . SCRIPSIT .

https://www.nla.gov.au/copyright-in-library-collections – Canberra, The National Library of Australia, MS 4052 Item 107, recto – Psalter with Passion readings (https://fragmentarium.ms/view/page/F-nf3t/1189/16288)